



**Totius Iuris Canonici Compendium, Siue, Brevis Summa In  
Quinque Libros Decretalium Sacri Concilii Tridentini  
Decretis Accommodata**

In Qua Iuris Canonici Primae Institutiones, seu Elementa ita traduntur, ut  
plurima breuiter ac decisiuè explicentur, & Canonum, Glossarum, ac  
Doctorum receptorum auctoritate communiantur ...

**Axel, Johannes Honorius van  
Coloniae Agrippinae, 1656**

De translatione episcopi vel electi. Titulus VII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61552](#)

IOAN. HONORII SUMMÆ IN DECRETAL.

54

antè cancellorum fenestellas, vota singula-  
rū audiat, vel accipiat; in reliquis teruen-  
tur singulorum ordinum vel monasterio-  
rum constitutiones: c. abbatissæ sef. 25. de re-  
gul. &c. Concordat stylus curia, iuxta quem  
electiones monialium in abbatislas confir-  
mantur, absque sufflatione defectuum  
vnde cancellari solet clausula supplentes,  
&c. quia in talibus electionibus, non inter-  
veniunt solemnia. d. c. indemnitatibus. In †  
37 monasterijs, in quibus solitæ sunt benedici  
abbatisæ, clem. attentes §. statutus &  
ibi Zab. ver secundo quarto Imol. n. 10. & seqq.  
vital. n. 13. & seqq. de stat. monach. priorisæ  
nunquam benedicuntur, d. c. indemnitatibus  
§. 1. & ibi gl. in verbo abbatissæ. abbatissa intrâ  
annum à suæ confirmationis tempore, com-  
putandum, benedictionem suscipere de-  
bet, alioquin à iure suo se nouerit prorsus  
cedidisse: clem. attentes §. statutus de stat.  
monach. d. c. indemnitatibus §. primo & ibi gloss.  
in verbo abbatissæ Franc. Aretin. in d. c. memini-  
mus numero septimo, quæ impartiri eis potest  
quolibet die, d. c. statutus & ibi gloss. in verbo  
benedici etiam antequam habet possessionem  
monasterij d. c. indemnitatibus §. verum  
& ibi Franc. in principio. est simplex non re-  
quirit manus impositionem episcopalem,  
Hofstien. in c. tuam numero 9. de at. qual. & ord.  
pref. vital. in cle. attentes §. si qui vero num. 18.  
Imol. numero 12. & Can. de stat. monach. & non  
potest reiterari. Pan. in clem. attentes nu-  
mero 18. de stat. monach. Imol. numero 13. & Can.  
sed Felin. in c. meminimus numero 3. de accus. te-  
net quod possum reiterari. benedicta potest, in  
matutinis euangelium legere, c. diaconissam  
& ibi gl. 1. & fin. 2. 7. quæst. 1. non potest mo-  
niales benedicere, confessiones audire, pu-  
blicè prædicare, excommunicare, absolu-  
re, interdicere, aut ordines conferre, quia  
mulieres non recipiunt characterem, impe-

diente sexu; c. noua de pœnit. & remiss. & ibi  
gloss. fin gl. in d. c. diaconissam c. statutus 20.  
quæst. 2. c. de monialibus & ibi gl. fin. de sent. ex-  
comm. Pan. in c. meminimus numero 1. de accus. c.  
mulierem 33. quæst. 5. Sed confirmata potest  
monachas & clericos lux iurisdictionis sul-  
pendere à beneficio, potest conferre ecclæ-  
sias, beneficia, instituere clericos, in ecclæsijs  
sui monasterij. c. dilecta & ibi gl. 1. de maior. &  
obed. Pan. & Can. communiter c. cum dilecta de  
confirm. util. vel inutil. & ibi gl. in verbo procu-  
ratricem & Can. c. 2. de his que sunt à Præl. sine  
consensu cap. Gonzal. super reg. de mens. & alter-  
nat. gl. 22. n. 12. & seq. In electione † summi 39  
Pontificis, quædam specialiter sunt consti-  
tuta, ut videre est in c. licer hoc tit. & in c. vbi  
periculum, hoc tit. in 6. & clem. ne Romani, hoc  
tit. ac in nouissima constitutione Gregorij XV. E-  
lectus antè intronisationem, obtinet autho-  
ritatem regendi Romanam ecclæsiam, &  
disponendi omnes facultates eius. c. in no-  
mine domini in 23. dist. extrauag. vlt. de sent. ex-  
comm. inter communes. Item † in electione, 40  
confirmatione, & consecratione Impera-  
toris teruatur c. venerabilem, hoc tit. c. ad apo-  
stolica, de sent. & re iud. 76. & ibi gl. in verb. illi  
sunt, & ibidem gl. fin. dicit principibus non  
esse statutum certum tempus, ideo sum-  
mum pontificem non posse eligere, nisi  
prius illos admoneat.

De translacione episcopi vel  
electi.

Titulus VII.

S V M M A R I A.

1 Translatione definitio.

2 Papa transfert episcopos & exemptos prelatos,  
inferiorum clericorum translatio fit aucto-  
ritate cuiuslibet proprii Episcopi.

3 Tran-

3 Transfusio propria auctoritate de vna ecclesia ad aliam pene.

4 Translationis effectus.

5 Episcopus cui data est indulgentia transeundi de vna ecclesia ad aliam, debet postulari, non eligi.

6 Postulatus concorditer in ecclesia ultramontani exempta non potest administrare.

**A**LLEGATI alijs ecclesijs postulandi sunt, c. bon. mem. cl. 2. & c. fin. de postul. prel. Et oportet talis transferri ad ecclesijs, ad quas postulantur, id est post titulos præcedentes ponit de translatione episcopi, (episcopus propriè dicitur qui est consecratus) vel electi, quia ante conlectationem, non appellatur episcopus, sed electus talis ecclesie, Pan. in c. primo numero quarto, hoc tit. gloss.

1 prima inc. primo de relig. domib. ut dictum est titulo de electione. Translatio tamen est de vna ecclesia ad aliam regulatis muratio, cum evidenti causa utilitatis, vel necessitatis, c. mutationes & c. suas & c. sicut vir. 7. quast. prima, episcoporum, pertinet ad solum Romanum Pontificem, d. c. mutationes Pan. in c. primo numero tertio, hoc tit. c. primo & 2. §. sed neque vers. nec quod tit. c. quod translationem de off. leg. & ibi gloss. mag. siue sint consecrati, c. fin. hoc tit. siue tantum canonice electi, & confirmatis c. secundo §. primo vers. unde cum hoc tit. ante confirmationem, in manibus eligentium, iuri suo cedere posunt, tunc licentia superioris: c. cum venissent & ibi gloss. in verbore nuntiavit de in integ. restit. & ibi Pan. numero xi. Host. numero septimo, insine & Can. Pan. in c. secundo numero 3; hoc tit. item exemptioruna prælatorum, c. cum venerabilis de consuetud. cap. fin. de renuntiat. etiam absentium, & prior cathedralis ecclesia vacat, postquam episcopis se translatum scivit, & consentit, qualicet possit, ramen non solet Papa ali-

quem transferre contraria voluntatem; c. archidiaconum 85. dist. in fine & ibi gl. fin. c. episcopus de loco 7. quast. 1. & ibi gl. & DD. Et postquam expeditæ sunt literæ super secunda prælatura, & ostensæ capitulo: nam solum scientia, aut sola expeditio litterarum non sufficit, absque præsentatione in capitulo facta, Pan. in c. in nostra num. II. de rescript. Felin. in c. 1. nu. 2. vers. & Soc. reputat lo. And. de prescript. Gonzal. super regul. de mens. & alternat. gl. 15. nu. 49. quodque translatus ipse, possessionem Ecclesiæ, ad quam translatus extitit, acquisuerit, aut per eum steterit, quo minus assecutus sit, Felin. in c. eam se nu. 9. vers. & dicunt translatus de rescript. Hored. de benef. incomp. p. 1. c. 3. num. 12. Roman. conf. 345. numero 17. Gare. de benef. p. II. 6. c. n. 39. & 49. & seq.

Inductum tamen summi Pontificis, quo translationi annuit, strictè est interpretandum, & si ad maiorem, priore, dignitatem, translitum concessit, non auxilitaur migrare cupienti, ad patem dignitatem, c. fin. hoc tit. & ibi gl. pen. & fin. Inferiorum clericorum translatio fit, auctoritate cuiuslibet proprii episcopi. c. Abbas el. 2. 18. quast. 2. c. si quis & c. seq. 71. dist. c. episcopus de loco vers. fin. 7. q. 1. & ibi gloss. fin. c. cum & plantare §. in ecclesiis de priuul. Transiens propriâ authoritate de vna ecclesia ad aliam, priuatur, & ambita, & habita ut nec illis præsideat, quos per superbiam sprevit, nec illis, quos per auaritiam, vel ambitum concupivit; tam in episcopatibus, c. quanto in fine hoc tit. c. si quis episcopus & c. seq. 7. quast. 1. c. 1. de cler. non resid. quam in alijs beneficijs, & ecclesijs, c. cum olim & c. seq. de rerum permut. c. non oportet c. eos sacerdotes 7. q. 1. c. fin. de renuntiat. in 6. in fine. siue translat. ad maiorem, quo casu

casu præsumitur ambitio, non leuitas, c. i. de cleric. non resid. gl. in d. c. si quis episcopus 7. quast. 1. siue patem, quia facilius dispensatur in maiori, quam in pari, c. fin. hoc tit. siue etiam ad minorem ecclesiam, in qua difficilius dispensatur. c. i. hoc tit. Episcopatus sunt paris dignitatis, licet aliqui habeant minores redditus, c. legimus 93. dist. Pan. in c. fin. num. 56. hoc tit. restituitur ecclesia, quam deseruit, si ecclesia eum repetit, c. non oportet 7. q. i. & cogitur redire: c. si quis vero 7. q. i. Ecclesia inuita non cogitur eum recipere: Archid. in d. c. si quis vero arg. c. de benedicto 32. q. i. Si alias ei substitutus fuerit, licet † propriâ authoritate, transiens ad aliam, prioris ecclesiae episcopus, aut rector esse non desierit, substitutus tamen episcopatum, aut ecclesiam habebit, c. pastorali in fine & c. seq. 7. q. i. nam transiens ad secundum Episcopatum, absque licentia, non est ipso iure priuatus primo; sed est priuandus per sententiam: Pan. post lo. And. in c. quanto num. 13. & seq. hoc tit. Gemin. in summa 7. q. i. in fine prepos. num. 2. in curatis dignitatibus, personatibus, officiis, ceterisque beneficiis personalem residentiam requirentibus, hodierno iure seruari debent, c. de multa, de prob. extrauag. execrabilis de prob. &c. quicunque sess. 7. Legatus à latere patriarcha, archiepiscopus, usurpantes sibi episcoporum translationes, ab episcoporum consecratione, & confirmatione suspenduntur per sententiam, c. i. in fine & c. 2. §. fin. hoc tit. 4. c. nisi specialis de offic. leg. Effectus † translationis est, quod translatus ex causâ vilitatis vel necessitatis, ab vnâ ciuitate, ad aliam, designit esse Episcopus illius ciuitatis, à qua transferrur, & à vinculo prioris Ecclesiae absoluatur, c. 2. in fine hoc tit. atque ideo qui huic succedit, non viuenti, sed defuncto quodammodo Episcopo, probatur substitui: c. in apibus §. translatus c. sunt alterius §. pen. 7. q.

1. c. si quis iam translatus 7. q. 2. translatus post item contestatam, super solutione debitorum contractorum, per prædecessorum, pro necessitatibus Ecclesiae, tenetur se iudicio sistere, & iudicium soluere, quia fructus percepit, & de fructibus soluenda sunt onera; Put. decif. 40. lib. 3. Gemin. cons. 3. amittit ius prioris beneficii, & possessionem ciuilem & naturalem: fructus tamen sibi debitos ante translationem, & maximè extantes tempore translationis petere potest; c. praesenti & ibi loan. And. de officio ordin. in 6. lo. Monach. in c. 2. derib. eccl. non alien. in 6. Rot. decif. 1. hoc tit. in antiquo, ac etiam detentationem, nisi probetur, quod translatus per se vel alium retinuerit, incumbendo possessioni, & fructus percipiendo, & spoliatus est detentio agit de spolio: Mched. decif. 1. de restit. spol. Cald. cons. 5. de caus. posses. & propriet. Cassad. decif. 4. derestit. spoliat. 1. possideri §. in amittenda ff. de acquir. posses. Qui verò metu hostilitatis ad aliam transit, si priorem contingit aliquando, ab hostibus liberam fieri, ad eandem illum redire oportet, d. c. in quibus in fine & c. seq. 7. q. i. Episcopus, † cui fuit § data indulgentia transeundi de vnâ Ecclesiâ ad aliam, debet postulari non eligi, c. fin. hoc tit. tūm quod post indulgentiam istam, remanet Episcopus, tūm quia impedimentum quod surgit ex vinculo spiritualis matrimonii est fauorabile, & indulgentia tendens ad illum tollendum odiofa: secūs vbi tolleretur impedimentum illegitimitatis, aut alterius irregularitatis, quia dispensatio tendens ad tollendum impedimentum odiosum, potentius illud tollit, d. c. fin. & ibi lo. And. num. 4. Pan. num. 18. & seq. Zab. in 1. & 2. quast. & sic inducit etiam facultatem eligendi, c. cum Vintonien. de elect. vel potius inspicienda sunt verba indulgentiae, ac dispensationis, & secundum illa est iudicandum,

dum, & porro de priuileg. 10. And. post Hyst. in d.c. fin. hoc tit. num. c. 4. Postulatus † concorditer in Ecclesiâ, vltra montana exempta, non potest administrare, Pan. in i. quanto num. 10. hoc tit. quia c. nihil est de electo. loquitur de electo, non postulato.

De auctoritate & vsu pallij.

Titulus VIII.

S V M M A R I A.

- 1 Pallij definitio.
- 2 Pallij receptio, quam potestatem conferat.
- 3 Pallium conceditur à summo Pont. & quatuor patriarchis principalibus.
- 4 Pallium instanter petti debet intra tres menses à die consecrationis, & pena negligentium id petere.
- 5 Romanus Pontifex semper, & vbique vtitur pallio inter missarum solemnia.
- 6 Archiepiscopus tantum vtitur pallio in quâlibet ecclesia etiam exempta sua prouincia, & extra prouinciam eo vt non potest, nisi tribus concurrentibus.
- 7 Pallij vesus strictor est quam pontificalium.
- 8 Archiepiscopus qui renunciauit loco Archiepiscopali perdit usum pallij.
- 9 Translatus ad alium Archiepiscopatum deferit secum pallium, quo non potest vti in secunda ecclesia, sed habebit aliud de nouo.

**P**O STVLA TO, electo, translato licitum est ut pallio, si ecclesiæ, ad quam assumptus est, dignitas pallij debeatur, id est restat videre, de auctoritate & vsu illius.

- 1 Pallium † est insigne Patriarchæ, Primatis, Archiepiscopi, vel Episcopi ornamentum, de B. Petri corpore sumptum, c. significasti de elect. in fine c. antiqua de privileg. In † quo pontificalis officij plenitudo, cum archiepiscopalij nominis appellatione confertur, c. nisi specia. hoc tit. ante cuius receptionem ec-

Summa in Decretales.

clesia dicitur vidiuata quoad quædam, pura concilij conuocationem, chrismatis confectionem, basilicarum dedicationem, clericorum ordinationem, episcoporum consecrationem &c. c. quod sicut §. 1. vers. præterea de elect. 100. dist. in summa. Talia enim & similia, quæ sunt episcopalis ordinis, non debet exercere, in suâ prouincia, sine pallio. c. quod sicut §. super eo vers. præterea de elect. 10. And. in c. extuarum numero 6. hoc tit. Decian. consil. 26. lib. 3. Conceditur † vniuersaliter à summo Pontifice tantum, d. c. nisi hoc tit. c. significasti vers. fin. & ibi Pan. post. n. 9. de elect. & à quatuor patriarchis principaliibus, postquam à Romano Pontifice receperint pallium, præstito sibi iuramento fidelitatis & obedientiæ, d. c. antiqua c. sacrosancta & seq. 22. dist. archiepiscopis, c. quoniam 100. dist. ac ex priuilegio quibusdam episcopis, Hostiensi Babiensi, Bambergensi, Quinqueclesiensi, & c. cum in iuuentute de presupt. c. fin. 10. dist. instanter petentibus, c. prisa 10. dist. per nuntium adhoc specialiter deputatum, c. optatum in fine 10. dist. intrâ † tres menses, à die consecrationis, præstito iuramento obedientiæ Romano pontifici; d. c. antiqua c. quoniam in princ. & c. optatum 100. dist. d. c. significasti. Alias commissa sibi careant dignitate: eritque metropolitanis alijs licentia, post secundam & tertiam commotionem, iudicaris ecclesijs cum consilio summi pontificis, ordinando episcopum subuenire. d. c. quoniam 100. dist. Patriarchæ principales pro te recipiunt professionem canonicanam, & pro Romana Ecclesia sponsonem obedientiæ, à suis suffraganeis, quibus pallium largiuntur. d. c. antiqua.

Romanus † pontifex semper & vbiique vtitur pallio, inter missarum solemnia, c. ad honorem hoc tit. archiepiscopus † extra suam prouinciam vt non potest, sed tantum in

H

quâ.